

(a) Bald. in Rubr. ff. h. t. Johann. de Immol. in l. si ita. §. cum pecuniam, de novat. Fulgos. in l. 2. §. creditum. ff. h. t. Jason. ibid. n. 16. Alexand. n. 6. Dec. n. 13. Costan. in l. si ex cautione. nu. 4. C. de non numer. pecun. pecun. & Molinæ. tract. de usur. n. 154. (b) Quod aliàs verum siue proprium dicitur Vult. 1. J. R. c. 31. Et statim traditione & acceptione rei perficitur, *veluti cum nummi proprii mutuò dantur*, hoc fit, quando Paterfamilias & major 25. annis pecuniam dant mutuò, hi enim domini sunt. In mutui enim datione dantem Dominum esse oportet, l. 2. in mutui, ff. h. t. arg. l. traditio, 20. ff. de pact. Donell. ad tit. Cod. de reb. cred. in præf. nu. 15. Et per mutui dationem dominium transfertur: Nemo a. plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habet, l. nemo. 54. de R. J. (c) Quod quasi mutuuum & præsumptum vel minus proprium vocant Dd. quia cum ab initio non esset, ex post facto perficitur. Vult. d. loc. *Veluti cum nummi alieni, vel etiam proprii, ab eo tamen qui dandi jus non habet, credendi animo dantur, & consumuntur* l. 11. in fin. l. 13. §. 1. l. 19. si pupillus. ff. h. tit. §. nunc admonendi. l. quib. alien. liceat vel non. Cujac. 13. obs. c. 28. Borch. de reb. cred. c. 2. Ratio redditur in d. l. 19. §. si pupillus. ibi: ad eum qui acceperit pervenisse, quia id ad aliquem pervenire dicitur, quod est remansurum, l. 71. l. 165. de V. S. h. e. illud dicitur ad aliquem pervenire, quod in dominium alterius transit, & proprium alicujus efficitur. d. l. 19. §. Pupillus. Variè dissentientes vid. apud Petr. Nicol. Mozzium tract. de divis. mutui per totum. *Verùm an plures sint modi, quibus ex post facto mutuuum conciliari possit?* inter priscos & modernos Dd., prout videre licet apud Azonem in summa Cod. num. 12. Cagnol. Zas. Don. in l. 11. §. fin. h. t. & apud Institutist. l. in princ. quibus mod. re contrah. obl. concertatum fuit. Nos consumptione solùm mutuuum conciliari credimus. Quia LL. nostræ consumptione solùm mutuuum conciliari volunt, nec unquam alterius modi faciunt mentionem. Atqui sine LL. loqui erubescimus. Novell. 18. c. 5. incip. consideremus in pr.

## VI.

*Cœterum mutuuum dare possunt omnes,*  
*qui*